



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

27. Motu proprio &c. Erectio Computistiarum Locorum Montium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

ANNO
1706.

C L E M E N S U N D E C I M U S

39

ANNO
1706.

Perusin., & Tribunalis præfatorum, etiam jura-
mento, confirmatione Apostolicā, vel quāvis fir-
mitate alia robortatis statutis, & consuetudinibus,
privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis
in contrarium præmissorum quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus
& singulis, illorum tenores praefertibus pro-
plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum in-
fertis habentes, illis alias in suo robore perman-
surs, ad præmissorum effectum, hac vice dum-
taxat, specialiter, & expresse derogamus, ceteris-
que contrariis quibuscumque. Datum Romæ
apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die 30.
Januarii MDCCVI. Pontificatus Nostri Anno
Sexto.

F. Oliverius.

XXVI.

I N D U L T U M

Pro Militibus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani annuam navigationem contra Infideles suscipientibus, ut ea occasione in bellicis ipsorum navibus Missam celebrari facere possint tranquillo mari, cœloque sereno, & cum assistentia alterius Sacerdotis, seu Diaconi.

C L E M E N S P A P A X I.

Ad futuram rei memoriam.

E xponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Franciscus de Marevil Frater Miles Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, aliique Praefecti, seu Capitanie Navium bellicarum, ac Frates Milites ejusdem Hospitalis, quod cum aliis fæc. Pius IV., & Sixtus V. Romani Pontifices Prædecessores nostri Fratribus Militibus dicti Hospitalis privilegium utendi in terra Altari portati in navigationibus, quas ipsi singulis annis contra Infideles suscipere solent, concesserint, prædictum verò privilegium eis inutile reddatur, eo quia magna Naves, quibus dictos Infideles de praesenti insequeuntur, in alto mari navigant, ac rarissime terram attingunt: ipsi Exponentes ad consulendum spirituali consolationi Navigantium, & ad tollendam omnem controversiam, que super alio Indulso hac in te per rec. mem. Innocentium Papam VIII. Prædecessorem pariter nostrum die 28. Aprilis 1485, (ut asseritur) concesso, oriri posset, facultatem celebrari faciendo Missam in Navibus hujusmodi, in quibus, cum magni ponderis, & firmæ structura existant, & qualibet ipsorum quinquaginta, & ultra tormenta ænea bellica sustineat, nullum in celebratione Missæ inconveniens enaci potest, sibi à Nobis concedi plurimum desiderant. Nobis propterea prædicti Exponentes, et etiam Dilectus Filius Raymundus de Perellos, & Roccafull Magnus Magister memorati Hospitalis, humiliiter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolicā dignarentur. Nos igitur piis ejusdem Raymundi Magni Magistri votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, dicto que Exponentes specialis favore gratia prosequi volentes, & eorum singulares Personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & peccatis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratum nostrorum S.

Bullar. Rom. Continuat. Pars II.

R. E. Cardinalium Concilii Tridenni Interpre-
tum consilio, ejusdem Exponentibus, & pro tem-
pore existentibus Fratribus Militibus Hospitalis
prædicti petitam facultatem celebrari faciendo
Missam in supradictis magnis Navibus occasione
dictæ navigationis, dummodo Naves hujusmodi
enunciante qualitas sint, ac celebratio Missæ, co-
dumtaxat tempore, quo mare tranquillum, & cer-
tam serenum reperiatur, & cum assistentia alterius
Sacerdotis, seu Diaconi fiat, ita periculum effu-
sionis sanguinis in dicta celebratione minimè ad-
fit, autoritate Apostolicā tenore præsentium con-
cedimus; Salvâ tamen semper in præmissis autho-
ritate Congregationis eorundem Cardinalium.
Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibus-
cumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub An-
nulo Piscatoris die XXI. Martii MDCCVI.
Pontificatus Nostri Anno Sexto.

F. Oliverius.

E R E C T I O

Computistariorum Locorum Montium.

C L E M E N S P A P A X I.

M otu proprio &c. Alijs à felicis recordationis Paulo Papa V. Prædecessore Nostro emanavit Motus proprius tenoris, qui sequitur, videlicet: Paulus Papa V. Motu proprio &c. Cùm Romani Potifices Prædecessores Nostri, & forsan Nos ex iustis causis in Montium erectionibus, & institutionibus Officia Secretariatus videlicet, & Computistariorum pro uno Secretario, seu Computista idoneo, qui rationem administrationis bonorum, & fructuum Montium hujusmodi tenere, & de eis, quæ ad loca Montium, & eorum possessores ea in parte spectant, notam lumere, ac patentes literas super eorum concessionibus expedire, alia que munia respective obire debeant, Apostolicā authoritate exercent, & instituerint, seu exeremus, & instituerimus, officia verò hujusmodi, sicut accepimus, nonnulli tanquam per successionem Parentum, & Antenatorum suorum ad se spectantia, alii in vim assertarum deputationum nulliter factarum, ac venditionum ab eorum occupatoribus similiter factarum, alii per modum provisionis, & tacitæ, alii etiam nullo titulo occupata detineant, illaque ad eorum libitum in aliorum, quam nostris manibus, ac etiam coram solis Notario, & Testibus resignare, & vendere præsumpserint, Sede Apostolica desuper in consultâ, in præjudicium jurium dictæ Sedis, & Cameræ Apostolicæ. Nos igitur, ne de cætero officia hujusmodi Personis minus idoneis conseruant, providere, & cum plurimum interstit Cameræ prædictæ, ut ejus bonorum, & proveniuntum per Ministros idoneos, & perfitos, quantum fieri potest, ratio habeatur, indemnitatæ Sedis, & Cameræ prædictarum confulere volentes, Motu proprio simili, & ex certâ nostrâ scientiâ, ac de Apostolicâ potestatis plenitudine præsentium tempore omnia, & singula Officia Secretariatum, & Computistariorum Montium tam vacabilium, quam non vacabilium de Urbe, sic ut præfertur, erecta, & instituta, quorum concessio, & assignatio, & qualibet alia dispositio ad Nos, & Sedem prædictam spectare, & pertinere dignoscitur, & de quibus per Nos, aut Romanos Pontifices Prædecessores nostros specialiter dispositum hactenus non fuit, à primæva eorum erectione, & institutione vacare, & vacavisse declaramus, & decernimus: Ea verò, quæ in erectionibus

Motus pro-
prius Pauli
V. quod
Secretarias,
& Computis-
tariorum Mon-
tium.

XXVII.

D 2

Mon-

Quas in Officiis vacabiliis, & resignabiliis erexit.

Ac in Data-
ria perpetuo
resignari, &
expediri de-
bere decre-
vit.

Cum clau-
sula sublata
& decreto
irritanti.

Montium hujusmodi, seu alias erecta non fuerunt, ex nunc, prout ex tunc in Officiis vacabiliis, & resignabiliis ad instar aliorum Romanæ Curia Officiorum Apostolica auctoritate tenore presentium erigimus perpetuo, & instituimus, eisque sic erectis, & institutis, omnes, & singulos honores, salariis, & emolumenta solita, & qua haec tenus dictorum Officiorum detentores, licet tamen, perceperunt pro illa obtinentium substantiatione etiam perpetuo applicamus, & appropriamus. Decernentes nullum præter Nos, & Romanos Pontifices pro tempore existentes de Officiis prædictis disponere potuisse, sive posse, illaque tam primâ vice a primavera erectione, seu institutione hujusmodi, ut præfertur, vacanta, quam etiam cum pri-
mum per cellum, vel deceplum, aut resignationem, privationem, vel quamvis aliam amissionem illa obtinentium, seu alias quomodolibet vacare contigerit, per Nos, & Romanos Pontifices pro tempore existentes dumtaxat per viam supplicationis in Dataria nostra ad instar aliorum Officiorum vacabilium dictæ Curia concedi, & resignari debere, & si quis ex eorum Officiorum detentoribus, idoneitate sibi suffragante, illud, vel illa, quæ detinet, aut aliquod aliorum assequi intendat, supplicationem super illius, vel illorum concessione in dicta Dataria infra semestre proximum omnino expedire teneatur; alioquin ab eorum exercito amotus, & illis perpetuo privatus censeatur eo ipso, & ab illo, vel illis penitus abs-
tineat, praesentemque nostrum Motu proprium, & literas forsan deluper conficiendas ex quacumque causa, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obceptionis, seu nullatus vitio, aut in-
tentionis nostræ, vel quoquam alio defectu no-
tari, impugnari, retractari, vel annullari posse, sed valida, & efficacia existere, suosque effectus fortii debere, neque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, aut aliis contrariai dis-
positionibus per quacumque literas, vel Constitu-
tiones Apostolicas, seu Cancelleria Apostolica regulas, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices, etiam Motu proprio &c., etiam consistorialiter, ac cum data præfentibus expressa mentione, ac sub quibuscumque tenoribus, & for-
mis, nec non cum quibusvis clausulis pro tempore factis, & concessis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, nec non quoties illas revocari, vel limitari, aut suspendi, seu eis derogari contige-
rit toties in pristinum statum etiam sub priori data restitutas, repositas, & plenari reintegratas, & de novo concessas esse, & censeri. Sicque per quos-
cumque Judges &c. etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublatæ, &c. judicari &c. de-
bere, irritumque &c. non obstante regula nostra de non tollendo jure quæsto, quatenus opus sit, nec non Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Collegiorum, & Officiorum hujusmodi, ac Montium erectionibus, & institutionibus, si in aliquo obstant, eorumque statutis, privilegiis, induitis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam motu proprio, aut consistorialiter concessis, quibus omnibus &c. eorum tenores &c. etiam si de illis &c. hac vice spe-
cialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis. Fiat Motu proprio C. Et de erectione institu-
tione, applicatione, singulis decretis derogatione, aliisque præmissis, ut supra latissimè extenderentur. Et quod præsentis Motus proprii sola signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio, & extra illud, regulâ contraria quacumque non obstante. Per præsentes autem non intendimus alicui Offi-

ciali, Collegio, seu cuiuscumque persona, cui ex-
pressum facultas disponendi de dictis Officiis, vel eorum aliquo per Nos, vel Antecessores nostros forsan concessa fuit, in aliquo præjudicare, sed illis, & cuilibet eorum sua iura intacta, & illæ remaneant. Fiat C. Datum Roma apud S. Mariam Magorem pridie idus Julii anno decimo quarto. Et subinde pia memoria Alexander VII. pariter Prædecessor noster Montes Restauratos primæ, se-
condæ, & tertiae erectionis instituendo, Computis-
tariis eorum locorum Montium in Officia vendibiliis, & per obitum eorum, qui illa obti-
nuerint, vacatura exeat, voluitque per Datariam Apostolicam ad instar aliorum Officiorum Roma-
na Curia conferri, Personis tamen per Thesau-
rium Generalem pro tempore existentem quoad
peritiam approbadis, seu commendandis, prout in diversis literis itidem motu proprio expeditis,
quarum tenores præsentibus pro expressis habe-
mus, fusius continetur. Cum autem Urbanus VIII.,
Innocentius XI., & alii forsan Pontifices Præde-
cessores nostri diversas alias Montium erectiones
fecerint, atque instituerint, in quibus de Officiis
Computis-
tariis hujusmodi, aut diversimodo
dispositum fuit, aut non ita claræ in Officia vaca-
bilis erecta fuerint. Hinc est, quod inter Data-
ria nostræ Administratos, & Dilectum Filium The-
sauro Generalem nostrum exortum est dubium
super modo, & formâ concedendi, & expediendi
de Computis-
tariis prædictis; cui dubitationi, ne
cleri negotiorum expeditioni impedimento effet,
pro posse, scuti tenemur, providere volentes, il-
lius cognitionem, discussionem, & resolutionem
Venerabilis Fratris Prodatarii nostri, & nonnullorum
Romana Curia Prælatorum particulari Congrega-
tionis prout de jure demandavimus, & à Con-
gregatione prædictis, fundamentis utrinque in
voce, & in scriptis deductis accuratè discussis,
sub diebus 16. Martii 1705., & 10. Februarii
1706. declaratum, & resolutum fuit, providen-
dum esse de omnibus Officiis Computis-
tariis per organum Dataria, Personis tamen approbadis
per Thesaurarios pro tempore, quam declara-
tionem, & resolutionem subinde ad Nos relata-
tam sub die 12. ejusdem mensis Februarii appro-
bavimus, & executioni jussimus demandari; Ne
autem materia haec plenè discussa, & resoluta im-
posteriorum revocetur in controversiam, omnes Montium
institutiones per Prædecessores nostros factas,
& illarum tenores, ac datas præsentibus pro ex-
pressis habentes, ac Pauli, & Alexandri prædictorum,
& forsan aliorum Pontificum Prædecessorum
vestigiis inhærentes motu pari omnes, & singulas
locorum Montium tam ectorum, quam fortasse
imposteriorum ergendorum Computis-
tariis in Officia vacabiliis, vendibiliis, & resignabiliis, quatenus
opus sit, de novo erigimus, & instituimus,
& pro erectis, & institutis, tanquam in primavera
dictorum Montium fundatione haberi volumus,
& decernimus. Statuentes, quod Computis-
tariis Officia sic erecta perpetuis futuris tempo-
ribus per Nos, & Romanos Pontifices pro tempore
existentes dumtaxat per viam supplicationis in Dataria nostra, & per organum ejusdem ex-
pedienda ad instar aliorum Officiorum dictæ Curia,
Personis tamen approbadis per Thesaurarios pro tempore, soluti tamen, ultra pretium
pro compositione in concessione, seu resignatione singularium Computis-
tariis locorum Montium per prædictos Prædecessores nostros jam ectorum, & institutorum octo quoad Sancti Petri
nunc a prima usque ad nonam erectionem inclusivæ, ultra emolumenta Monti Dataria nostra debita, ac aliis octo quoad prædictos Restauratos, &
Novennales, ac Fidei, comprehensis ejusdem Montis Dataria emolumentis, ac quoad Communis-
tatis,

Alexander
VII. Comp-
tis-
tariis
Montium
restaurato-
rum in offi-
cia vacabi-
lia, & venia-
lia exeat.

Urbanus
VII. & alii
Pontifices de
familibus
Officis di-
versimodo
disposuer-
unt.

Orta quæ-
stionē de mo-
do, & forma
expediendi
familias Com-
putis-
tariis, Pontifex
eam defi-
niendam
commisit
particulari
Congrega-
tioni.

Quæ censit
de ejusmodi
Officis pro-
videndum
esse per or-
ganum Da-
taria Perfis-
tatis tamen
approbadis
per Thesau-
rarium gene-
ralem.

Pontifex
ejusmodi re-
solutionem
confirmat.

ANNO
1706.ANNO
1706.

ac Religionis vacabilis, comprehensis similiter emolumentis Montis Datariae hujusmodi; necnon quoad Sancti Pauli Religionis respectivè Montes ducatis duobus auri de Camera, computatis emolumentis praediti Montis Datariae, seu alias soluta compositione arbitrio dicti Prodatarii nostri, & illius pro tempore Successorum, juxta qualitatem locorum in singulo Monte existentium concedi, & resignati debeant. Mandantes properea, ut si quis Computistariam Officium, seu Officia sine titulo per organum Datariae expedito quo cummodo modo nunc detineat, supplicationem super ilius, seu illorum concessionem in Dataria nostra infra tres meses proximos, prævia praediti Thesaurarii approbatione, omnino expedire teneatur, alioquin ab exercito amotus, & Officia Computistiarum hujusmodi vacate eo ipso censeantur. Decetentes præsentem nostrum Motum proprium, ac literas forsitan desuper conficiendas, & in eis contenta ex quacunque causa nullo unquam tempore de subreptionis, vel obrepotionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostra, vel quovis alio defectu notari, impugnari, retractari, vel annullari posse, sed semper valida, & efficacia fore, & esse, suoque plenarios, & integratos effectus fortiri, & obtinere, neque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiærum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus per quacunque literas, vel Constitutiones Apostolicas, seu Cancelleriae Apostolicæ regulas, etiam per Nos, & Successores nostros, etiam motu proprio, etiam consistorialiter, ac cum data presentium expressa mentione, & sub quibuscumque tenoribus, & formis, neconon cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore factis, & concessis, seu concedendis comprehendendi, sed semper ab illis excepta, neconon quoties illa revocari, seu limitari, vel suspandi, seu eis derogari contigerit, toties in pristinum, & eum, in quo ante erant, statum & sub priori data restituta, deposita, & plenarie reintegrata, ac de novo concessa esse, & censi, sicque, & non alias per quocumque Iudices &c. etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublatâ &c., judicari &c. debete, irritumque &c. decernere, non obstantibus per praeditos Prædecessores nostros in erectionibus supradictorum Montium aliter, seu in contrarium dispositis, ac regulâ nostrâ de jure quæsto non tollendo, quatenus opus sit, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis aliisque efficacioribus, & infolis clausulis, etiam motu proprio, aut consistorialiter concessis &c., quibus omnibus &c., eorum tenores &c., etiam de illis &c., hac vice specialiter, & expressè motu pari derogamus, caterrisque contraria quibuscumque cum clausulis opportunitis.

Fiat Motu proprio J. F.

Et quod erectionum Montium hujusmodi tenores etiam veriores habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in literis, & de perpetuis erectione, institutione, cognitione, discussione, resolutione, approbatione, executione, voluntate, decreto, statuto, mandato, derogatione, aliisque præmissis, qua hic pro sufficienter, & ad partem repetitus habeantur, ac alias, prout supra, in literis latissimè extensi; Et cum decreto, quod sola præsentis nostri Motus proprii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in Judicio, & extra, regulâ quacunque contraria non obstante, seu, si videbitur, literas desuper, etiam per viam de Curiâ, quæcumque expediri. Et cum alio decreto, quod

moderni Computistæ, qui deinde post acquisitionem officium habuerunt alios Montes additos, non teneantur ad augmentum pretii pro additionibus hucusque factis; Illi vero, qui nullo modo per solleterunt, illud omnino solvere tenentur Datariaz Apostolicæ ad rationem bonorum, seu bajocorum duorum cum dimidio pro quolibet loco. Datum Romæ apud S. Petrum ex anno Idus Aprilis Anno VI.

Fiat J. F.

J. Pro-Datarius.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradictus Motus proprius affixus, & publicatus fuit in Aula Campi Floræ, ac Curia Innocentiana Montis Ciatorii, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Nicolaum Vassellum SS. D. N. Pape Curs.

Joseph Batialis Magister Curorum:

JUBILEUM UNIVERSALE.

XXVIII:

Ad implorandum divinam opem pro pace inter Principes Christianos, & aliis præsentibus Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus.

CLEMENS PAPA XI:

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex eminenti Principis Apostolorum Sedē, in quā per ineffabilem Divinæ suæ bonitatis abundantiam, meritis licet in paribus, collocare Nos voluit Altissimus, terrarum Orbem universum, nostras videlicet curas, solicite circumspiciens Nobis, miseris in dies, semperque luctuosior se offert Christianæ Reipublicæ facies. Cum gravissimo siquidem, ac vere lachrymabili totius penè Europæ incendio Christiani Principes inter decertantes (quæ olim extreme minatus est Deus inimicis nostris, atque iis, qui insurgunt adversus Nos) diuturno nimium, & sanè acerbissimum bello se invicem depescunt; ac proprio sanguine, quasi multo, inebriantur. Ubique mors, ubique luctus, ubique desolatio, undique percumur, undique amaritudinibus replemur. Visitavit profecto Nos Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, sicut impetus aquarum multatum inundantium, & emissum super terram spatiōsam. Ascendit fumus in irā ejus, & ignis à facie ejus exarsit. Commota est, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt; & commota sunt, quoniam iratus est eis. Sed nunquid in æternum præjicit Deus? aut non apponet, ut complacitor sit adhuc? Absit. Non enim oblitus misereri Dominus, nec continet in irā misericordias suas; sed qui multus est ad ignoscendum, ac propitiatur invocantibus eum in veritate, effundet in Nos divitias misericordia sua, si iniuriantes nostras, quibus eum offendimus nimis humili confessione agnoscamus, dignosque penitentiae fructus faciamus. Adeamus itaque cum fiducia ad thronum gratiæ, ac ne exprobari Nobis audiamus propheticum illud: quæsi de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inveni: & effudi super eos indignationem meam, obsecrationibus, jejuniis, eleemosynis, aliisque piis operibus Divinam iram, acceptabili hoc Dominici Adventus tempore, placare studeamus; Regique pacifico, qui proxime venturus est, ut pacem annuntiet hominibus bona voluntatis, in

Exordium
a continuatis
Christianæ
Reipublicæ
calamitatibus
ob acci-
bum inter
Christianos
Principes
bellum.

Fideles hor-
tatur, ut di-
vinam indi-
gnationem
placare con-
tentant, &
in divinam
misericor-
diam fidu-
cent.